



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/319027>

THESES
JURIDICAE INAUGURALES.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HERMANUS CHRISTIANUS JURIANUS WILLINK,

ex pago Winterswijk.

DIE XXV. M. JUNII A. MDCCCLII, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,

Apud **VAN HEIJNINGEN EN POST UITERWEER.**

MDCCCLII.

THE HISTORY OF THE

... ..
... ..
... ..

... ..

... ..

... ..

... ..
... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..
... ..
... ..

T H E S E S.

I.

Justa causa non est mera voluntas, facto declarata, sed est juris negotium.

II.

Non adsentior Vinnio statuenti actiones ex maleficiis rei persecutorias contra heredem in solidum dari.

III.

In definitione furti L. 4 § 5. D. de furtis voce contrectatio intelligendum est factum *amovendi* nec obstat § 6 i. de obligationibus quae ex delicto etc. neque L. 27 § ult. D. de furtis.

IV.

Ex verbis art. 596. Cod. Civ. *«het zij bij elke andere authentieke acte,»* sequitur ut etiam per speciale instrumentum apud judicem cantonalem confectum hypotheca a tutoribus possit constitui.

V.

Non adsentior Doctiss. de Pinto (Handl. tot het Burg. Wetb. Deel II § 445) dicenti: *«de opstaller bekommt den eigendom van de bedoelde gebouwen, werken en beplantingen.»*

VI.

Propter peregre pronunciatam condemnationem ad poenam infamantem conjugis, conjux apud judicem Batavum potest divortium petere, si tamen delictum commissum tale est quod etiam in patria infamia punitur.

VII.

Hypotheca consessa ab emtore rei immobilis et in tabulas hypothecarias inscripta priusquam dominium translatum est in emtorem, secundum art. 671 Cod. Civ., est nulla nec potest post transcriptionem instrumenti emtionis convalescere.

VIII.

Venditor rei immobilis licet per inscriptionem in tabulas publicas art. 671 Cod. Civ. satisfecerit, praeterea obligatus est ad tradendam possessionem.

IX.

Ex verbis art. 840. Cod. Civ. *«de grove reparatien blijven ten laste van den eigenaar»* sequitur: usufructuarium posse cogere dominum ad faciendas has reparationes.

X.

In art. 21 Cod. Merc. verba *«alle schulden en verbintenissen»*

de iis tantum debitis et obligationibus intelligenda sunt, quae contracta sunt postquam socius commenditarius in placitum art. 21 commisit, non etiam de iis quae antea contracta sunt.

XI.

Non adsentior Doctiss. Bender et Pöhls dicentibus pactum quod dicitur *del credere* esse constitutum debiti alieni.

XII.

Si acceptans justo die et bona fide litteras combeales solvit praesentanti, qui falso indossemento eas litteras tenet, dominus legitimus postea superveniens, non potest cogere acceptantem ad denuo solvendum.

XIII.

In art. 764 Cod. Merc. verba *die ophoudt te betalen* intelligenda de debitis commercialibus non etiam de civilibus.

XIV.

Non adsentior Doctiss. Annot. Amstel. (Wetb. van Kooph. met aantekeningen) dicentibus ad art. 499 Cod. Merc. al. 4 *een vrijwillig accoord d. i. een buiten gerechtelijk accoord.*

XV.

Recte Tribunal Amstelaedamense censuit argumento art. 126 al. 5. Cod. de rat. proc. in causis Civ. Batavum in Coloniis nostris domicilium habentem in causis personalibus ab actore in patria domicilium habentem coram ejus iudice in jus vocari posse.

XVI.

Minus perspicua quin periculosa mihi videntur verba art. 415 Leg. Fundamentalis «de wetten zijn onschendbaar.»

XVII.

Qui correi sunt sensu art. 60 Cod. Poen. adulterii puniri non possunt secundum Cod. Poen.

XVIII.

Poena mortis mihi improbanda videtur.

XIX.

Adsentior Doctiss. Chauveau et Helie (Theorie du Cod. Penal Tom. II Pag. 75, n^o. 2458) dicentibus. «En résumé, la loi n'a point prévu l'homicide commis par l'ordre de la victime,» igitur poena mortis in eum qui tale homicidium commisit applicari non debet.

XX.

Ex art. 317 Cod. Poen. sequitur conatum partus ab acti puniri non posse.